

In antiphonario.

Editus a primis¹ servabit prima futuris.

In tabulis.

Nullus erit carus prorsus nec amans nec amatus,
Qui sibi donatis queat his gaudere tabellis.
Excuso donum, cupidus ne perforce furtum.

Adelmannus episcopus² ad eundem adhuc puerum.

Vive puer, magni spes auspiciumque poetę!
Pieriis cordi iam sunt tua scripta puellis;
Ante mihi gratus, posthac gratissimus esto.

f. 90'. Epitaphium domni episcopi Reginardi³.

Pręsul erat magnus vita, verbo Reginardus,
Cleri, plebis honor iustitięque vigor.
Pax regni fulsit, virtutum regula vixit,
Christe, tuis oculus, pes, manus, auris, opus.
Hinc⁴ domus hec index, hinc eius tota supellex⁵,
Nec minor indicio cultus episcopio.
Tollitur is nonis perfuncta sorte Decembris
Par et ei introitus par erat et redditus.

Epitaphium senioris⁶ Georgii triplex.

Quis mea sors restat, lux hec peregrina tepescat,
Et sit amara sibi proxima forma mei.
Sanguine, re, fama florens solidaque iuventa,
Dum spe progredior, spe sine digredior.
Ecce quid extat homo: fetens cum verme putredo,
Et velut umbra levis ceu nihilum fuerit⁷.

Aliud.

Sublevita Dei, frater salveto Georgi!

Ei mihi, qualis eras quidve futurus eras,

1) Den ersten Mönchen des Klosters. 2) Adelmann, 1030—1047 Scholasticus in Lüttich, wurde zwischen 1055 und 1057 Bischof von Brescia. Nach dieser Zeit wurden also die obigen Verse gesammelt und aufgezeichnet. Die Verse Adelmanns, an Lambert gerichtet, stammen aber zweifellos noch aus seiner Lütticher Zeit. 3) Von Lüttich (1025—1037). 4) Die folgenden 4 Verse sind, etwas entstellt, von Rupert in sein Chron. S. Laurentii Leodiensis SS. VIII, 275 aufgenommen, mit der Bemerkung: 'corpusque eius — ante maius altare venerabiliter est reconditum, ubi tale super sepulchrum eius sculptum fuit epitaphium'. Ueber die späteren Schicksale von Reginards Grab vgl. Bulletin de l'institut archéologique Liégeois IX, (1868) 23 ff. 5) Vgl. SS. VIII, 275. 6) Das erste s am Rande abgeschnitten. 7) So ohne genauen Reim Hs.